



**Consiliorvm Sive Responsorvm Avgvstini Beroii Bononien.
I. C. Praestantissimi Volumen ...**

Cum Summariis, & Indice rerum, ac verborum locupletissimo
Iurisdictionum, Iudiciorum, & Criminum materias distinctè continens

Bero, Agostino

Venetiis, 1577

Consilivm CXIII.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-96538](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-96538)

EPI TOM E.

APPELLATIO quando quoad omnes aduersa, rios proficit appellanti, etiam si non omnium, sed aliorum tantum nomina expresserit, & quando non hic habetur.

CONSILIVM CXIII.



ISA sententia lata ad fauorem Domini Scipionis de Elephantuccijs, nec non querela pro parte domini Alexandri interposita a dicta sententia respectiue ad fauorem domini Antonij de Grassis lata, uidetur primo aspectu concludendum esse, executionem concessam a domino auditore non tenere, nec pendente querela, quae ex forma statutorio loco appellacionis succedit, de iure fieri potuisse, & tanquam attetatum posse reuocari, & maxime stante inhibitione facta per dominum iudicem ad quem, cui causa querelae cognoscenda, & terminanda commissa fuit per regulam generalem, quae appellacione pendente nihil est innouandum, & praecipue, quando per iudicem ad quem fuit inhibitum, iuxta ea, quae habentur in c. non solum, de app. in 6. & in l. una, ff. nihil innouat. appell. penden. cum si. Praeterea 1. quando infra tempus latum ad appellandum, hoc est infra decem dies a die latae sententiae, eiusque notitiae per uiam querelae, uel supplicationis aduersus sententiam habetur recursus ad superiorem, tunc sententia executioni non mandatur sine supplicatione, auth. quae supplicatio. C. de precibus imperat. offer. & non in c. ex literis, de in integ. restit. Sed in casu nostro pro parte do. Alexandri fuit infra decem dies supplicatum, ergo &c. Tertio quauis do. Alexander querelando, seu appellando a sententia totum illius tenorem exprimendo noiauerit duxat Antonium de Grassis, in cuius fauorem respectiue sententia lata fuerat, tamen talis appellatio, seu querela debet dicto do. Alexandro prodesse et respectu domini Scipionis, ad cuius etiam fauorem sententia contra ipsum lata fuerat, nam quando contra unam sententiam lata fuit ad fauorem plurimum, si uictus appellando alterum uictorem tamen nominet, appellatio illi etiam quoad alium uictorem non nominatum prodest, ut est tex. in l. 3. §. sed illud in 1. resp. ff. de app. & ratio est, quia cum appellans non teneatur in appellacione exprimere personas, contra quas appellat. l. 3. in prin. eo. ti. si quarundam nomina exprimat, & quarundam non, hoc non debet ipsi appellanti nocere, nam & si nullius nomen expressisset, id sibi non nocuisset, satis. n. est in appellacione de tota sententia mentionem fieri, ut dixit Bar. in d. §. sed illud, per tex. ibi in prin. & per Ang. A. retri. ibi, qui etiam in secundo nota bili subdit, quod cum appellans non teneatur nomen aduersarij in appellacione exprimere, si plures habeat aduersarios, coram nomine exprimere non tenebitur. l. 3. in prin. & gl. in l. 1. in ff. de app. Et ideo si nomen alicuius expresserit, & alicuius non, & sic perfecte nomina omnium non expresserit, appellatio propter hoc uitari non debet, quin quoad omnes ualeat, argumento l. unica. §. 1. C. de rei ux. actio. & not. glo. in simili, ibique Bald. & Angel. in l. unum in fin. ff. si cert. peta. glof. in §. multis in uerfi. transitu, Institut. de liberti. Nec obstat d. l. 3. §. sed illud, ibi, & cum una causa sit, arbitror non esse praescribendum, per quem tex. uidetur inferri, quod ad cognoscendum, an appellatio proficit appellanti quoad omnes aduersarios, non sit inspicendum, an omnium nomina, uel unius tantum fuerint expressa, seu quod in appellacione nomina aduersariorum non sint exprimenda, sed an una tantum sit causa, quae respiciat omnes, an uero plures sint causae, quia secundum Angelum Aretin. text. ille dum ponderat, an una sit causa, debet intelligi,

iorum
si enim super
hereditate
tatum solum
in possessione
nata esse hereditate
atio, nisi super
nihil est probat
edem, ex hoc
statur, ut ibi
ia remedium
ffario non requiritur
i, qui non est hereditas
es agit illo remedium
na defuncti, ut dicitur
petit, ut declarat
agit, ut supra
sponsio allegata
spatius responsionem
iam illi de Sen
agunt, quoniam
in iudicium
ter, quauis ipse
e esse hereditas
ditatis incidit
ex dictis Pauli
pra allegatis
tum, quod merito
fessio est apta
nostro attendit
r in iudicium
causam agendi
is necesse est
agit, ut heres
m dicatur
lul esse dicatur
R. Rodolphus, c. sunt & alij, ibique; Abb. & ceteri, & in c. de rescript. ergo si in rescripto fiat mentio de appellacione, non comprehenditur prouocatio, siue appellatio extrajudicialis, & minus comprehendit, quando in rescripto fieret mentio de appellacione a sententia, seu a sententia diffinitiuam, prout fit in casu proposito, cum prouocatio, seu appellatio extrajudicialis nullo modo possit dici appellatio a sententia, & maxime a sententia diffinitiuam, ut clarum est. Et ideo uigore talis rescripti dictus dominus Ioannes non potest trahi coram iudice commissario, nam illa exressio appellacionis a sententia, siue a sententia diffinitiuam restringit rescriptum, seu dationem iudicis ad causam, in quo esset appellatum a sententia, siue a sententia diffinitiuam, & ideo non debet ad alium causam extendi, & facit tex. in c. susceptum, de rescript. in d. l. uno d. c. sunt & alij, & d. c. Rodolphus, cum ibi not. Plura super his non dico, quoniam res agitur coram peritissimo uiro, qui haec, & omnia alia optime dilucidare sciret. Laus Deo.

S V M M A E.

1. Appellatio pendente nihil est innouandum, praecipue facta in inhibitione per iudicem ad quem.
2. Sententia non mandatur executioni absque satisfactione, quando infra tempus datum ad appellandum aduersus illam ad superiorem per uiam querelae, uel supplicationis recurritur: & quando hoc fit uerum, nu. 8.
3. Appellatio an, & quando quoad omnes uictores etiam in appellacione non nominatos proficit, & quando non, & nu. 4. 5. & 9.
4. Aliam faciens in dubio intelligitur uelle illum facere solum, quantum habet uis faciendi, & non ultra.
5. Designata extra causam sibi commissam dicitur priuatus, & nihil in iudex potest exercere.
6. Anton. que supplicatio, C. de precibus imper. offer. declaratur.

am sententiam, prout etiam in fi. & in d. l. i. C. de gl. & doc. in l. i. C. de huiusmodi materia quando appellatur a lata ad fauorem iudiciorum, prout per gl. in l. i. in fi. hinc sunt plures appellanti prodeum sententiam, in l. i. C. de Salice. & factum a. ff. de app. si uerum solum expressit sententiam, quod facit etiam respicere, quod dicitur factum, in cuiusmodi uoluit Ang. de anima aduertitur, ut noluisse reddo. Antonij pro e quando factum in fauorem domini Scipionis, casus non ostendit omnium aduertunt in appellante, quod appellati quibus non nominata appellatum, in quorum appellacione non debet esse nota aduertitur. in d. S. sed illi appellati quoad obauerit, arg. l. i. C. de app. tamen hoc est uerum quando, & quatenus fuit appellatum, seu querelatum, & non ultra. Sed in casu nostro a sententia, quatenus continet commodum & inuorem domini Scipionis, non fuit appellatum, seu querelatum, ut supra, ergo &c. ¶ Non obstat ultimum, quod quando totus tenor sententiae fuit in appellacione expressus, dicitur a tota sententia appellatum, siue omnium aduersariorum nomina fuerint in appellacione expressa, siue quorundam tantum, ueluti supra dicebatur, quia respondetur hoc esse uerum, quando appellatus fuit condēnatus pluribus ex una, eademque causa, si ex diuersis causis, & rationibus, ut plenius supra dictum fuit, & ideo super hoc aliter non insisto. Nec obstat, si diceretur, quod ex illis uerbis positus in appellacione, uidelicet & ab huiusmodi praeclara sententia in dictis partibus contrariis &c. dicitur constare de mente domini Alexandri, quod uoluerit appellare a tota sententia, & sic etiam ab ea, quatenus contra eum appellati, in prin. ubi q. Bar. Ang. & alij. ff. de appella. Quia responderi potest, ut etiam ex praedictis maximis in tertio casu colligitur, quod a tota sententia, & ab omnibus eius capitalibus dicitur appellatum, siue simpliciter appellatum fuerit, siue faciendo mentionem de tota sententia, & de omnibus eius capitalibus, quoad uel non fuissent in appellacione expressa nomina eorum, in quorum fauorem sententia lata esset, uel nomina essent expressa, & quorundam non, & causa non esset una, & eadem, sed diuersa, ueluti supra latius dictum fuit. Ex praedictis itaq; constat, quod iustissimi excellentissimi do. Auditor commisit executionem sententiae ad fauorem domini Scipionis contra do. Alexandrum, qui si uoluisset sibi non praescribi, nec currere tempus ad appellandum etiam respectu do. Scipionis, debebat etiam illius nomen in appellacione exprimere, quod cum non fecerit, dicitur respectu eius sententiae acq̄uiesse, d. S. sed illud, & argumento c. quod ad consultationem, de re iud. Et haec pro nunc sufficiant, quoniam res coram uiro doctissimo agitur. Laus Deo.

- S V M M A E.**
- 1 *Causa appell. coram Papa interposita coram quo cognosci debeat. Causa instructa dici non potest coram eo, qui non est iudex.*
 - 2 *Appellacionis tempora currunt appellanti, & non appellato.*
 - 3 *Appellacionis tempora possunt a iudice restringi quoad prosequendum, non autem quoad finiendam causam, nec iudex potest causam tanquam instructam in principio temporis, & fatalis expedire.*
 - 4 *Instantia a iure requisita habet etiam causa commissa summarie.*
 - 5 *Causa non potest dici instructa, quando quoad alteram partem tantum esset in causa conclusum.*
 - 6 *Inhibitione admisa, iudex, cui fuit inhibitorium, non potest amplius se in causa illa introuertere.*
 - 7 *De inhibitione facta quis cognoscat.*
 - 8 *De appellacionis ualiditate, & deuolutione, uel contra quis cognoscat.*
 - 9 *Appellatio interposita a procuratore non habente speciale mandatum ad appellandum an ualeat.*
 - 10 *Quid si statutum loci penam indebite appellanti imponeret.*
 - 11 *Appellari ad solū Papam omisso medio potest, sed non ad alios.*
 - 12 *Appellari potest, omisso medio, stante consuetudine.*
 - 13 *Appellari ad Papam, omisso medio, an possit, statuto loci etiam iurato inducente, ut omisso medio nequeat appellari.*
 - 14 *Quid si statuta illius loci essent generaliter a sede apostolica confirmata.*
 - 15 *Appellacioni non dicitur renunciatum per eum, qui tractus ad iudicium se defendendo comparuit.*

E P I T O M E.

C A S U M appellacionis non esse tempore inhibitionis instructa adeo, quod inhibicio iudici uolenti procedere obstat ex causis hic positis demonstratur. Appellatio per procuratorem non habentem speciale mandatum interposita quod ualeat etiam statuto loci penam indebite appellanti imponente. Et ad Papam omisso medio quod possit appellari, non obstat statuto generaliter per sedē apostolicā confirmato, quo cauetur, non posse omisso medio appellari, hic h. f.

C O N S I L I U M C X I I I.

I R C A quatuor dubia mihi proposita conclusiue, ac quam breuissimē potero, quid sentiam, exponam. Primum igitur dubium ex narratione facti exhibita elicitur, An ex quo causa appellacionis super possessorio est domino Benedicto commissa summarie, cuius cognitio, ac decisio in puncto iuris consistit, dicat adeo instructa, quod inhibicio ipsi domino Benedicto procedere uolenti non obstat. Et non esse instructam respondeo, quia cum causa appellacionis ad Papam interposita debuerit cognosci coram Papa, uel eius commissario, hoc est coram R. D. Rotae Auditore, ut in c. si duobus, & in c. ut nostrum de appellat. cum ibi not. ca non potuit per inferiorem, hoc est per dominum Benedictum cognosci, & consequenter instructa dici non potest coram eo, qui non est iudex. Præterea causa non potest dici instructa quoad dominam Diamantem, cuius nomine, & ex cuius parte nihil fuit actitatum, neque processum coram domino Benedicto asserto commissario, unde non potest dici causa instructa, cum pro parte domine Diaman-